



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu

Dirckinck, Johann

[Osnabrugi, 1696

Orandi ad trinum campanæ pulsum Mane.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55025)

generali examine executionem discutere

III. Suadent quoque A sceleos periti, & Sanctorum exempla; breviter annotando esse, illustriora lumina, ardentiores affectus aliosq; cœlestes favores ac solatia; ut tempore relegi queant, & veluti prunæ continuo mentem calefaciant, ut agebat Balthasar Alvarez. Hanc praxin diligenter servavit S. P. Ignatius, P. Petrus Faber magni Spiritûs vir, & S. Borgias, qui ut refert Historia Societatis p. 3. L. 8. n. 141. plurimos Libellos è charta, ex acceptis epistolis decerptâ, rudi filo ipse consuit, tanquam vitæ suæ ephemerides, in quibus sententias suos & lumina, totum denique cum Deo negotium annotavit. Hos imitati sunt Balthasar Alvarez, P. de Ponte, Joann. Bergmannus, & alii; quorum & tu vestigia, & laboris te non pœnitebit.

MEDIO VI.

*Praxis orandi ad trinum campana pulsata
manè, quando Christus resurrexisset
creditur.*

I. **R**egina cœli lætare, Alleluja. Ave Maria. II. Quia quem merui

portare, alleluja. Ave II. resurrexit sicut dixit, alleluja. Ave. Vers. Gaude & latare Virgo Maria, alleluja. R. Quia surrexit Dominus verè. alleluja. Subjungitur: O-ratio paschalis: Deus qui per resurrectionem Filii tui &c. In quadragesima, omit-titur alleluja. Vel servatur praxis, quæ me-ridie, vel vesperi præscribitur.

INSTRUCTIO

De auditione Sacri.

PRAXIS I.

Audiendi devotè Sacrum.

I. **P**Ræmittenda semper quadruplex in-tentio, sacrumq; offerendū. 1. Tan-quam sacrificium latreuticum, ad cultum, laudem, & gloriam Dei omnipotentis. 2. Tanquam Eucharisticum, in gratiarum actionem pro beneficiis. 3. Tanquam pro-pitiatorium pro peccatis. 4. Tanquam im-petratorium, pro obtinendis beneficiis, plurèsq; aliæ primariæ & secundariæ inten-tiones conjungi, præfigiq; sacro possunt, cum sacerdote ante descensum intentio-nem suam formante.

II. Praxis prima, & meo judicio optima